



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

5. An quis incurrat irregularitatem, si committat aliquid quod sit iure naturæ prohibitum, vel homicidium, ignorans tamen esse prohibitum iure Ecclesiastico, aut saltem pœnam irregularitatis ei esse ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

quod adducit Megalius, respondet Sayrus de cens. lib. 7. c. 5. num. 5. & alii ibi, Diaconum peccasse mortaliter; alias vero responsiones videbis apud Doctores citatos, præsertim apud doctissimum Ludovicum Montefium in 1. 2. D. Thoma tom. 2. q. 76. art. 4. disp. 8. quest. 12. num. 150.

RESOL. II.

Ex occasione cuiusdam homicidii casualis fuit olim à me quaesitum, utrum ad irregularitatem ex delicto incurrendam, requiratur culpa mortalis, ita ut negligentia venialis non sufficiat? Ex p. 2. tract. 16. & Misc. 2. Ref. 18. alias 20.

§. 1. EX nostris P. Megala in 3. p. lib. 7. c. 2. q. 1. n. 7. & 9. 5. n. 110. ex Societate Iesu P. Molina de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 77. n. 4. ex Dominicanorum familia Illustrissimus Cajet. in 2. 2. q. 64. art. 8. cum Petro de Aragona ibidem, & alii putant culpam venialem sufficere ad irregularitatem incurrendam, & præcipue probat hoc Megala ex cap. continebatur, de homicidio. Deinde, ait Molina, irregularitas ex eo proveniens, quod aliquis se immisceat causæ sanguinis, incurri potest, absque alia culpa (quin & cum merito) propter solum homicidium, aut mutilationem, quæ sint subsequenta, ut patet in laico, qui licet, ac meritorie in ea causa accusavit; & iudice, qui similiter licet, ac meritorie sententiam tulit. Ergo, &c.

2. At ego contrariam sententiam probabiliorē esse semper censui, & illam in facti contingentia consuli. Ita docent præter DD. quos citat, & sequitur Sayrus de cens. lib. 7. c. 5. n. 5. Suarez de cens. disp. 40. sect. 3. n. 19. Coninch de Sacram. disp. 18. dub. 2. n. 13. Bonac. de cens. disp. 7. q. 1. punct. 2. n. 1. Filiuc. in qq. mor. tom. 1. tract. 20. c. 3. a. n. 58. usque ad n. 64. Villalob. in sum. tr. 21. diff. 22. n. 8. & 14. Sanch. de matr. tom. 3. lib. 9. disp. 32. n. 34. & alii. Dico igitur, ad incurrendam irregularitatem requiri peccatum mortale, & non sufficere quancunque negligentiam venialem. Et ratio est, quia irregularitas est poena gravissima, & quia poena debet proportionari delicto. Ergo non est verisimile incurri ob culpam, & negligentiam tantum venialem. Cæteras rationes vide apud citatos auctores.

3. Restat respondere ad argumenta in contrarium. Ad argumentum Megalæ responderetur secundum aliquos, Clericum illum, de quo in c. continebatur, peccasse mortaliter ludendo cum laico joco satis indecenti, ut patet. Ergo. Ita Sayrus ubi supra. Sed hæc responsio non ita aridet Suarez, & ipse aliam meliorem dat, disp. 45. sect. 6. n. 3. adi illam, non pigebit.

4. Ad argumentum Molinæ respondeo, non ob stare quoddam aliquando incurrat irregularitas ex homicidio, sine culpa, dummodo homicidium illud factum sit publica auctoritate ex defectu lenitatis, non autem privata ex delicto, ut est in casu nostro: nam tale homicidium debet esse culpabile, ideoque voluntarium, saltem indirecte.

RESOL. III.

An suspensio, interdictum, & irregularitas, &c. Incurratur propter culpam venialem? Ex p. 3. tract. 6. & Misc. 2. Refol. 51.

§. 1. LIQUI affirmativè respondent, & ita docet Cajetanus in summa, ver. suspensio, ver. interdictum, & ver. irregularitas, & de suspensione docent Atmilla ver. suspensio, num. 1. & Lopez in instruct. p. 2. tit. an. & cap. 31. & de irregularitate docuerunt Molina de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 77. n. 4. & alii.

ria tom. 4. tr. 7. disp. 75. n. 1. & disp. 77. n. 2. Megala in 3. p. lib. 7. c. 2. q. 1. n. 7. & 9. 5. n. 39. Corduba in qq. lib. 2. q. 26. Aragon. in 2. 2. quest. 64. art. 8. Castrus de leg. poen. lib. 1. cap. 5. docum. 4.

2. At mihi semper contraria sententia magis placuit, quam tuerentur loquentes de omnibus censuris, Suarez in 3. p. com. 5. disp. 4. sect. 10. n. 8. & Sanchez de matr. tom. 4. lib. 9. disp. 32. n. 29. & ita loquentes de suspensione docent Henriquez lib. 13. c. 34. n. 1. Emanuel Sà ver. suspensio ab officio, ver. qui certus est, & loquentes de irregularitate, ita etiam docent Filiucius tom. 1. tr. 20. c. 3. n. 58. Villalobos in summa tom. 1. tr. 21. diff. 22. n. 8. & 14. Bañez in 2. 2. q. 64. art. 8. tract. de de irregul. part. 2. dub. 2. Alvarez in part. 2. disp. 136. n. 1. Sotus de iust. lib. 5. quest. 1. art. 9. Saloni in 2. 2. quest. 64. art. 8. immediate ante 4. coner. & alii.

3. Dicendum est igitur, quod quoties ignorantia juris, vel facti excusat transgressionem Canonis à peccato mortali, excusat etiam non solum ab excommunicatione, sed etiam ab aliis censuris, & poenis ob delictum impositis, ut irregularitate ob delictum, suspensione, & interdicto. Et ratio est, quia supradictæ poenæ cum sint gravissimæ non est credendum illas piam matrem Ecclesiam infligere ob peccatum veniale. Sed de hac questione alibi à nobis etiam actum est, ideo ad alias transeamus.

RESOL. IV.

An irregularitas ex delicto incurrat, si delinquent nesciat peccatum, sed ignoret ius positum prohibens sub dicta poena irregularitatis? Ex p. 3. tract. 5. & Misc. 1. Ref. 67.

§. 1. A Ffirmativè respondent Layman in Theol. Sup. hoc in tribus ref. seqq. & in aliis eorum primarum tom. 1. lib. 1. c. 15. q. 7. & alii, eo quod talis irregularitas annotationum non contrahatur propter contumaciam, sed propter turpitudinem, seu maculam culpæ, qua criminofus secundum Ecclesiæ Canonem inhabilis redditur ad altaris ministerium: hæc opinio est probabilis.

2. Sed non minus probabilem contrariam existimo, quam tenent Sanch. de matr. tom. 3. lib. 9. disp. 32. n. 17. Reginald. tom. 2. lib. 30. c. 2. n. 15. Peregrinus de duello, q. 8. n. 18. & Portel. in addit. ad dubia Reg. ver. ignorantia, n. 21. ubi sic asserit. Sicut ad incurrendam excommunicationem diximus non sufficere, quod sciam opus esse prohibitum ab Ecclesia, sed ut sciam de poena, idque prohiberi sub excommunicatione; ita de cæteris poenis, suspensione, interdicto, irregularitate, &c. dicendum, quod ut incurrantur non sufficit, me scire opus esse prohibitum, sed requiri, ut sciam esse prohibitum sub poena suspensionis, irregularitatis, &c. Ita ille, & ratio est, quia in c. 2. de constit. in 6. asseritur ignorantes non ligari sententiis, ubi non est sermo de sola excommunicationis sententia, sed de omnibus sententiis Ordinationum. Ergo, &c. Unde apparet me his diebus probabiliter respondiisse cuidam consulenti in casu, ut supra proposito, non incurrisse in irregularitatem, de hac questione vide supra in Resol. 20.

RESOL. V.

An quis incurrat irregularitatem, si committat aliquid, quod sit iure natura prohibitum, ut homicidium, ignorans tamen esse prohibitum iure Ecclesiastico, aut saltem poenam irregularitatis ei esse annexam? Ex p. 4. tract. 2. Ref. 36.

S 2 §. 1. Affirma

pro suspensio tantum supra in tr. 3. Ref. 2. & pro interdicto in tr. 4. Ref. 1. & pro irregularitate hic in duabus præcedentibus refol. & in aliis eorum annotationum.

Sup. hoc in tribus ref. seqq. & in aliis eorum primarum tom. 1. lib. 1. c. 15. q. 7. & alii, eo quod talis irregularitas annotationum non contrahatur propter contumaciam, sed propter turpitudinem, seu maculam culpæ, qua criminofus secundum Ecclesiæ Canonem inhabilis redditur ad altaris ministerium: hæc opinio est probabilis.

Sup. contexto in hoc vers. supra in tr. 1. latè in ref. 31. & in aliis ejus primæ & secundæ annot.

Sup. hoc in
ref. prae-
terit. & in duabus
sec. 7. & sup.
in tr. 1. Ref.
32. §. Quae
autem, cursum
in fin. & in
rom. 2. tr. 6.
Ref. 24. §.
ult. & in to.
4. tr. 8. Ref.
104. §. ult.
per tot. & in
to. 3. tr. 3.
Ref. 34. §.
Sed obiter.

§. 1. **A**ffirmative responder Villalobos *rom. 1. tr. 1. diff. 6. num. 1.* ubi sic ait. [El que ignora el derecho de la irregularidad si haze el atto à que esta annexa, incurre en ella, esto es comun y llano porque tambien otras penas como la del blasphemio y homicida se incurren ignorando el derecho, y en esto difiere tambien esta pena de las censuras porque aquellas como son medicinales no las incurren los que las ignoran con ignorancia invincible, mas ha se de entender la conclusion del que ignora el precepto Ecclesiastico tan solamente cometiendo culpa contra ley natural, o divina, porque estas irregularidades que se ponen por culpa miran la indegencia que el atto en si tiene, y ansi faltando essa no se incurren.] Sic ille. Et ita hanc sententiam tenet Suarez & Vasquez, quos citat & sequitur Hurtado *disp. 1. de irregul. diff. 8. num. 18.* quia, ait ipse, homicidium, v. g. & quodcumque aliud delictum factum contra jus naturale, etiam cum omnimoda ignorantia prohibitionis Ecclesiasticae, ob quod lata est irregularitas, est simpliciter tale delictum, v. g. homicidium, aut aliud; & quamvis in eo delicto non sit contumacia in Ecclesiam remanet in eo sufficiens indecentia ad suscipiendos Ordines, & ad exercendos jam susceptos, ob quam evitandam fertur irregularitas; imò in eo remanet sufficiens culpa, vt ea poenalis ei infligatur, quamvis irregularitas infligatur vt poena; ergo absque fundamento praerogatur notitia prohibitionis Ecclesiasticae ad incurrendam irregularitatem latam ob delictum alio jure prohibitum. Adde multo minus praerogatur scientiam, seu notitiam annexionis ipsius irregularitatis ad eam incurrendam, quia de ratione poenae, aut quasi poenae, non est quod sit voluntaria; quod autem delictum absque notitia irregularitatis factum habeat minorem contumaciam, seu inobedientiam respectu Ecclesiae, parum refert, quia absque ea notitia sufficientem habet contumaciam & indecentiam, est tamen peculiare excommunicatione, & aliis poenis latis per statuta Ordinariorum certum, quod probabiliter ignorat, non incurrantur. Haec omnia Hurtado.

2. Verum non reticeam hic adnotare quod non desunt DD. contrariam sententiam tenentes, & hi sunt inter theotricos, Thom. Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 32. num. 17. juncto n. 9.* & Aegid. Coninch *de Sacram. disp. 18. dub. 4. n. 19.* & 31. ubi sic asserit. Probabilis est excentum actum cui annexa est in puram poenam irregularitatis, hanc non incurtere si invincibiliter ignoret jure Ecclesiastico prohibitam; & etiam non est impossibile ignorantiam poenae irregularitatis excusare, etiam si quis sciat agere contra legem Ecclesiasticam. Ita Coninch, qui multos adducit textus & rationes, & hanc sententiam tenet etiam Ioan. Prapoli *in 3. p. 9. §. de irregul. dub. 2. n. 9.* ubi docet absolute non incurtere irregularitatem committentem aliquid contra legem naturalem, vel divinam si ignorat, quod idem lege Ecclesiastica prohibetur sub poena irregularitatis; & licet *num. 10.* teneat hoc non procedere, quando non praerogatur Ecclesiasticum, sed solum poena irregularitatis ei annexa ignoratur, attamen hanc sententiam, quam ipse contra Sanchez tenet, vocat tantum veriore, unde cum Coninch *ubi supra* putat illam etiam in hoc casu, quando tantum ignoratur poena irregularitatis, esse probabilem; sed tu ne recedas à prima sententia, quoad irregularitatem homicidii, vt optime observat Merolla *in disp. Theolog. tom. 1. disp. 1. c. 2. corollar. 1. n. 49.* & ego *infra in hoc tract. resol. 85.* nam quoad alias irregularitates impositas in poenam puram delicti, ego puto secundam sententiam negativam esse probabilissimam. Vide Merollam *ubi supra*, & de hac quaestione iterum redibit sermo *in d. resol. 85.*

Quae nunc
hanc sequetur,
&c.

RESOL. VI.

An ignorans alicui actum impositum esse irregularitatem, excusetur ab illa?
Idem dicendum est de poena excommunicationis, suspensionis & interdicti, etiam si ignorantia sit vincibilis, dummodo non sit crassa, vel supina?
Et docetur quod irregularitas ex homicidio, vel mutilatione, licet videatur esse ex delicto, includit praecipue defectum lenitatis, & ideo incurritur, licet occidens ignoret homicidium illam impositum esse, & hoc dubium est valde notandum, quia quotidianum, & à paucis decusum. Ex p. 4. tract. 2. Ref. 85.

§. 1. **O**uam plausibilis erit Confessaris haec resolutio, & negativam sententiam docet Hurtado *tract. de irregul. disp. 1. diff. 8. n. 18.* Vasquez *in 3. part. tom. 4. dub. 16. de excommunic. Azorius tom. 1. lib. 1. c. 15. quest. 7.* Corduba *in 99. lib. 2. quest. 12.* Suarez *tom. 5. in 3. p. disp. 40. sect. 5. n. 10.* Alvarez *in part. 2. disp. 158. num. 5.* Avila *de cens. part. 2. c. 5. disp. 10. concl. 2.* Sotus *in 4. disp. 229. l. 1. art. 2. ad finem.* & Martinus Ledesma *in 2. 2. q. 24. art. 6.* Verum ego puto contrariam sententiam non minus probabilem esse. Dico igitur quod ignorantia juris invincibilis excusat ab irregularitate, etiam si imponatur pro facto jure naturali damnato, quia poena non incurritur absque culpa. Ita Navarrus, Reginaldus, Peregrinus, Sanchez & Bonacina, quos citat & sequitur Merol. *in disp. theol. tom. 1. disp. 1. c. 2. coroll. 1. num. 48.* quibus adde Castrum Palaum *in opere morali tom. 1. tract. 2. disp. 1. punct. 18. num. 6.* Coninch *de Sacram. disp. 18. dub. 4. num. 31.* & Portel *ubi infra*, & ideo si excommunicatus celebret ignorans invincibiliter esse impositam poenam irregularitatis excommunicato celebranti, non incurrit irregularitatem. Imò Merolla *ubi supra* *dub. 3. num. 85.* docet etiam ignorantiam moraliter vincibilem excusare à poena irregularitatis, dummodo non sit crassa, quia haec non omni ex lata culpa.

2. Sed dicit aliquis, si haec doctrina esset vera, sequeretur quod si quis occideret aliquem nefcius homicidio impositum esse irregularitatem, illum non incurreret. Sed hoc dicere est absurdum: ergo. Respondet Laurentium de Portel *in dubiis regularum, per ignorantiam, n. 19.* totum hoc concedere, sic enim asserit. Praemittendum est aliam irregularitatem consequi ex delicto, ut ex homicidio, ex celebratione in excommunicatione, &c. in poenam delicti. Alia vero est irregularitas: quae non ponitur ob delictum, sed ex indecentia, vel defectu lenitatis, & committitur non culpam, sed indecentiam, qualis est bigamia, & irregularitas contracta à iudice sine culpa damnanter hominem ad mortem iustè. Et quidem certum est apud omnes hanc irregularitatem secundi generis certo contrahi, etiam si operans operetur ignorantia invincibili. Est ergo sola quaestio de irregularitate primi generis orta ex delicto, an ista quoque poena est, similiter & suspensio, interdictum, inhabilitas & similes incurrantur ab operante invincibiliter ignorante? Sotus & Ledesma affirmant; Sanchez vero tenet probabilis has omnes poenas non incurri ab operante qui habet ignorantiam juris positivi illas imponentis; ita Portel, qui ut aperte apparet ex ejus verbis expressè irregularitatem ex homicidio tanquam ortam ex delicto non incurri ab ignorante illam, & hanc sententiam etiam aperte videtur docere Castrum Palaum *ubi supra*.

3. Verum his non obstantibus contrariam sententiam